

1143.

oo 30

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20



DISSERTATIO JURIDICA
DE
**SUCCESSIONE
CONJUGIS DE-
SERENTIS,**

QVAM
DEO T. O. M. ADNUENTE,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
PRINCIPE BORUSSÆ, MARCHIONE BRAN-
DENBURGICO, RELIQUA,
IN ILLUSTRIS ACADEMIA FRIDERICIANA,
PRAESIDE
**DN. JACOBO FRIDERICO
LUDOVICI,**

J. U. D. ET PROFESS. PUBL. ORDINAR.
Ad d. April. MDCCXIII.
H. L. Q. C.

PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT
DIETHERICUS FRIDERIC. LUDOLPHUS
WEINHAGEN,
SUSATENSIS GUESTPHALUS.

HALAE MAGDEB. Litteris STEPHANI O. R. BANI, Acad. Typograph.

20

DISSERTATIO JURIDICA

SUCCESSIONE

CONJUGIS DE

SERENITATIS

ET

ORD. P. O. M. ADVOCAT. P. S. S. S.

FRANCISCO MAGNIFICENTISSIMO

FRANCISCO WILHELMO

FRANCISCO MAGNIFICENTISSIMO

FRANCISCO MAGNIFICENTISSIMO

FRANCISCO MAGNIFICENTISSIMO

FRANCISCO MAGNIFICENTISSIMO

FRANCISCO MAGNIFICENTISSIMO

FRANCISCO MAGNIFICENTISSIMO

FRANCISCO MAGNIFICENTISSIMO

FRANCISCO MAGNIFICENTISSIMO

FRANCISCO MAGNIFICENTISSIMO

FRANCISCO MAGNIFICENTISSIMO


FRANCISCO MAGNIFICENTISSIMO



A MONSIEUR,
MONSIEVR
DE THMAR
DE MENGE,
CONSVL, MEMBRE DV COLLEGE
SALINAIRE ET HEREDITAIRE DANS
LA VILLE DE SOEST,
MON TRES GRAND PATRON,

A MONSIEUR,
MONSIEVR
GERHARD FRI-
DERIC DE JACOBI,
PROCONSVL ET HEREDITAIRE DANS
LA VILLE DE SOEST,
MON SIEVR ET ONCLE
TRES ESTIME.

MESSIEVRS,



Yant resolu pour donner quelque essai de mes Etudes academiques de traiter de la Succession reciproque des gens mariés en cas de desertion malicieuse du mari ou de la femme d'adultere de separation de table ou de lit conjugal & de la succession de leurs heritiers; choses si frequentes de nostre tems à cause des mariages contractés le plus souuent sans consideration & sans les veuës prescrites des loix divines & humaines, donc les effects d'ordinaire ne sont que querelles continuelles, reproches des plus piquantes, chagrins, vacarmes, inimitiés mortelles, desertions & je ne sai quoi de plus.

plus. Les Bureaux fourmillent de ces plaï-
doyans mal - assortis, qui etourdissent sou-
vent fois les juges & les advocats à deman-
der ou separation de lit ou dissolution tota-
le de mariage &c. de sorte qu'on n'a pas
grand peine à en trouver l'epreuve, Etant
enfin venu au bout ou de separation ou de
dissolution, & l'un d'eux venant quelque
fois apres bien des voeux faits pour la mort
de l'autre à survivre à l'autre; voilà la guer-
re allumée plus que jamais entre la partie
survivante & les heritiers de la defuncte:
La Succession statutaire en fournisse l'occa-
sion et rend les esprits deja si acharnes irre-
conciables, ceux, qui, pour attraper quel-
que argent à cette occasion embrouillent
l'affaire d'avantage, & font tout leur possi-
ble pour en faire tirer la decision en lon-
gueur. Les differentes opinions des Do-
cteurs sur cette matiere y contribüent, &
toutes ces choses jointes ensemble font nai-
tre tant de scandales & rendent enfin misé-

rables tous ceux qui sont assez malheureux
d'y tomber. C'est ce MESSIEVRS, qui
m'a porté à m'étendre sur cette matière &
à la discuter plus au long dans cette disser-
tation, que je prends la liberté de vous de-
diér; marque de la tendresse & de la devo-
tion profonde que j'ai à tant de bonté que
vous avés toujours eu la grace de m'accor-
der. Vous le souffrirez, à ce que j'espère de
bon coeur & me ferez profiter de vos sen-
timents, comme personnes si éclairées dans
le droit, que vous aurez sur les miens sur ce
sujet. Le Treshaut vous conserve cepen-
dant avec vos Illustres Familles dans sa gra-
ce & me rende capable de pouvoir temoig-
ner que je suis avec tout le respect imagina-
ble

MESSIEVRS

à Halle
ce Avril

*Votre tres humble & tres obeissant
serviteur*


Dietherich Friderich Rudolph Weinhausen.

DISSERTATIO JURIDICA
DE
SUCCESSIONE CONJUGIS
DESERENTIS.

CONTENTA TOTIUS DISSERTATIONIS:

Conjugum successio secundum jus Romanum, §. I. & ex legibus provincialibus atque Statutis Germanicis, §. II. in specie ex statutis Salsatensibus, §. III. Sub voce conjugis & maritus & uxor in rubrica Dissertationis intelligitur, quamvis alias diversa conjugum jura dentur, §. IV. Desertio duplex est. De ea, quae ex justa & honesta causa fit, §. V. Talis quoque est, si alter conjux factis suis illicitis alterum ad discedendum cogit, §. VI. De casu, quando conjuges mutuo consensu sese quoad thorum & mensam separarunt. Notatur Carprövius, §. VII. Alius casus de muliere, quae sub pretextu conscientiae à marito invito discesserat, §. IIX. inmutu desertionis malitiosae tres diversi casus ab invicem separantur, §. IX. Primus casus, quando matrimonium quoad ipsum vinculum à judice dissolutum fuit, §. X. Explicatur l. un. §. 1. ff. unde vir & uxor, §. XI. Carprövius in hac materia sibi aperte contradicit, quod ostenditur & Carprövius ex Carprövio refutatur, §. XII. de argumentis Carprövii ulterius disquiritur, §. XIII. XIV. & XV. argumentum pro Carprövio ex Constitutione Electorali Saxonica, quod tamen ipse non vult agnoscere, §. XVI. Secundus casus, quando plenarium divorcium non intervenit, sed conjuges quoad thorum & mensam solum separati sunt. Hic duo casus subdistinguntur, §. XVII. Carprövius & Finckelthufius in eo consentiunt, quod non obstante separatione illa conjux nocens nihilominus succedat innocenti, §. XIX, quod durum & iniquum visum Berlichio, §. XIX, cujus tamen sententiam nemo secutus. Ostenditur etiam Carprövii & Finckelthufii opinionem menti Constitutionis Electoralis Saxonie magis convenire, §. XX. in Electoratu Saxoniae itaque illa opinio, quod nocens hoc casu innocenti succedat, recepta est, sed ratione tamen destituitur, §. XXI. De jure communi nocens in casu facte separationis innocenti conjugi neutriquam succedit. Responderet Finckelthufio, §. XXII. Adducuntur varia testimonia DD. sententiam nostram propugnantium, ut Kohlii, §. XXIII. Valentini Forsteri, §. XXIV. Michaelis

chaelis Grassi, §. XXV. Samuelis Strykii, §. XXVI. De aliis remissione, §. XXVII. an casus sit dabilis, ut propter malitiosam desertionem nihil amplius quam separatio quoad thorum & mensam solum decernatur? §. XXVIII. Casus tertius, quando neque divorcium plenarium, neque etiam separatio quoad thorum & mensam à iudice decreta fuit, §. XXIX. Necessarium est, ut conjux innocens de injuria sibi illata viros conquestus fuerit, vel actionem contra desertentem preparaverit, quod probatur rationibus, §. XXX. & autoritatibus Carpzovii, Schilteri, Strykii aliorumque, §. XXXI. an in casu recensito, si defunctus jam conquestus, aut actionem preparavit, omnes heredes, an vero soli descendentes contra desertentem ad privationem successionis agere queant? prius affirmatur contra Carpzovium, §. XXXII. Hereditas conjugi desertenti ablata non pertinet ad Fiscum, sed ad heredes conjugis innocentis, §. XXXIII. Privatio successionis cessat, si conjux innocens injuriam remisit. Remissio illa vel est expressa, vel tacita, §. XXXIV. Remissio tacita colligitur ex dissimulatione, §. XXXV. item, si conjux innocens conjugi desertenti non obstante desertione aliquid in testamento reliquerit, §. XXXVI. item, si conjux desertens deinde revertitur, & innocens cum eo ad tempus aliquod iterum cohabitavit. Non requiritur tamen cohabitatio per integrum annum, contra Berlichium, §. XXXVII. Marito uxorem agrotantem desertenti non proficit, licet probare velit, uxorem adhibita etiam omni industria nihilominus morituram fuisse, contra Berlichium & Koblium, §. XXXVIII. quisnam onus probandi in se recipere teneatur, an heredes, qui medicum non adhibitum fuisse dicunt, an maritus, qui contrarium adserit? §. XXXIX. De privatione successionis ob denegationem alimentorum. Non requiritur, ut uxor propter hanc denegationem statim moriatur. Ignoscitur marito, si alimenta deinde sponte iterum uxori praestet, §. XL. Maritus propter dotem non solutam uxorem alimenta denegare nequit. Recte tamen ea denegat uxor marito egemo, si maritus eam antea injuste expulit, §. XLI. Maritus successione privatur, si uxorem injuste expulit, eam verberavit, aut insidias vite struxit, §. XLII. Conjux desertens successione privatur, sive ea ex lege, sive ex pacto debeatur, §. XLIII. de Desponsatis, eorum successionis privatione, §. XLIV. Responsum hanc materiam illustrans adjicitur, §. XLV. quis dicatur nocens & innocens in hac materia? Conclusio Dissertationis, §. XLVI.



§. I.



Historiam successionis conjugum antiquam, primario autem uxoris in bona mariti, pro diversitate matrimoniorum per coëmtionem, confarreationem & consuetudinem, sive usum initorum jam pridem exposuit Valentinus Forsterus *in tract. de heredit. qua ab intestat. deser. l. 9. c. 2.* monitaque sua adjecit B. Stryk. *in tract. de success. ab intest. Diss. 4. c. 1. §. 2.* Jure Prætorio deinde bonorum possessio unde vir & uxor introducta, *l. un. ff. und. vir & ux.* quæ tamen ad eum casum solummodo pertinet, quoties scilicet omnis parentum liberorumve, seu propinquorum, legitima vel naturalis successio deficit, prout loquuntur Impp. Theodosius & Valentinianus *in l. 1. C. und. vir & uxor.* Tandem Justinianus *in Nov. 117. c. 5.* ex qua *Auth. præterea. C. d. t.* desumpta est, constituit, ut quoque existentibus defuncti liberis, vel cognatis, superstes conjux quartam hereditatis partem, vel interdum portionem virilem caperet, si matrimonium absque dote & conjux prætoriens locuples sit, superstes vero inopia laboret. Extra hunc casum, si de legibus Romanorum sermo est, adhuc standum erit jure Prætorio, quod antiquum vocatur *in l. 1. C. d. t.* habita ratione constitutionis novæ ab Impp. lætæ.

B

tæ.

tæ, cujus mentio fit in *l. ult. C. Theod. de legitim. heredit.*
Gothofred. *ad l. 1. C. und. vir & ux.*

§. II.

Quod Germaniam nostram attinet, conjuges sine dubio etiam juxta dispositionem juris Prætorii & Justiniani ad successionem admittendi erunt, sicubi leges provinciales de illa nihil disponunt. Interim, si dicente B. Strykio *d. Diff. 4. c. 3. §. 1.* ullum jus per Statuta locorum variat, certe conjugum successio est. Vix locus dabitur, ubi sola juris civilis succedendi ratio hoc casu attendatur. Ubivis fere portio certa, quæ statutoria appellari solet, conjugibus adsignatur. Ita in Saxonia maritus heres mobilis uxoris defunctæ est, Berlich. *part. 3. conclus. 29. num. 30.* excepta Gerada, quæ ad proximam cognatam spectat, Carpzov. *P. 3. C. 23. D. 14.* Uxor quidem jure communi Saxonico perinde succedit, uti jure Romano successio determinata, Richter *de success. sect. 4. membr. 4. n. 1.* jure Electorali autem, si civici ordinis est, liberis existentibus quartam indistincte, (id est, non considerato numero liberorum) illis vero non existentibus trientem capit, *Constit. Saxon. 20. P. 3.* si nobilis est, capit geradam, morgengabam, cibaria, sive comestibilia, &c. de quibus omnibus fusius agit Berlich. *p. 3. concl. 27. & 28.* De successione in Ducatu Brunsvicensi, Marchia Brandenburgica aliisque locis v. B. Stryk. *d. Dissert. 4. c. 3. §. 17. seqq.*

§. III.

Sufati, in patria mea, sequentem in modum dispositum reperitur, in denen alten Statuten de A. 1442. §. 159. item in der sogenannten Soestischen Schreien §. 77. item *Sterbet ein Mann undt let eine Huesfrow nahe/*
son

sonder Kinder / so moit de Frowe des Mannes nechsten Erben eine Theilunge doin van allem nalaten Gude/uitgescheden eren Brutschas / und wat Er insonderheit angefallen were / nimbt Se to vornen ave. Item, Stervet eine Frowe und let einen echten Mann nahe sonder Kinder / so moit de Mann eren nechsten Erben eren Brutschas halff overgeben / und wat er insonderheit angefallen halff overgeben. Contigit nuper casus, ubi maritus mortuus relicta uxore sine liberis. Vidua dubium movit circa verba Statutorum adducta, existimans, distinguendum esse inter bona, quæ defunctus maritus *tempore contracti matrimonii intulit*, & quæ *durante conjugio adquisivit*. De prioribus Statutum saltem intelligendum esse dixit, ex iis vero, quæ constante matrimonio acquisita fuerunt, primo dimidiam præcipui loco prætendit & deinde alteram dimidiam cum cognatis mariti dividere voluit. Fundamentum adsertionis in eo posuit, quod Sufati communio bonorum inter conjuges obtineat, vi cujus dimidia bonorum ad uxorem pertinet. Sed facilis est responsio. Primo de communione bonorum adhuc dubitatur, utrum ea Sufati obtineat. Posito autem, ea de re nullum serperesse dubium, verba tamen Statuti tam evidentia sunt, ut nulla distinctio admitti queat. Dicitur enim: So moit de Frowe des Mannes nechsten Erben eine Theilunge doin / van allem nalaten Gude / uitgescheden eren Brutschas / und wat er insonderheit an gefallen wäre. Hic verba: Van allen nalaten Gude / & bona tempore contracti matrimonii illata & durante conjugio aquisita sine dubio complectuntur. Deinde sola dos & bona uxori soli delata, v.g. per heredis institutionem, legatum, donationem, &c. in verbis Statuti excipiuntur, unde manemus in regula juris vulgata, quod

quod exceptio firmet regulam in casu non excepto, v. Brunnem. *in Comm. ad l. 15. ff. d. LL. n. 2.*

§. IV.

Plura de successione conjugum in genere adducere instituti ratio non permittit, sed ostendisse sufficit, dictam successione & in jure Romano certis casibus & in legibus nostris provincialibus fundamentum habere. Ulterius itaque progredimur. *Conjugis* vocabulum, quod post vocem successione in rubrica Dissertationis occurrit, & maritum & uxorem sub se complectitur. Quamvis enim alias in aliquibus casibus jura conjugum diversa sint diversaque eorum obligatio; in præfenti tamen casu, ratione scilicet desertionis, una eademque utriusque partis obligatio deprehenditur, eadem in dolens, æquale vinculum.

§. V.

Desertio conjugum duplex est, alia ex *justa causa* facta, alia *malitiosa*. Ad priorem pertinet, si quis ratione officii, v. g. miles propter militiam, legatus propter legationem, &c. vel ex alia justa causa abest, v. g. mercator in expeditione negotiorum ad mercaturam spectantium constitutus. Hæc non meretur privationem successione, quia malitiosum propositum in conjugate absente cessat, quod tamen tanquam fundamentum illius privationis supponi debet. Adponamus verba Carpzovii *P. 3. c. 26. D. 10. num. 1. seqq.* Non statim, inquit, probata est causa privationis, de qua conjux inculpatur, nec quævis causa ad privationem portionis statutiariæ sufficiens est, quæ forsitan à conjugate defuncti heredibus prætenditur. *Quid* enim, addit, si conjux à conjugate ex causa probabili & necessaria abfuisset, an statim eum desertorem adpellare-

larem ac indignum hereditate conjugis defuncti judicaremus? Certe non quilibet desertor censendus est, qui vel officii, vel alia probabili causa discedit, licet diutius absit, sed is demum, qui à conjugè nulla causa coactus, sed vel levitate quadam, vel injusta patientia freni conjugalis impulsus discesserit ac conjugem malitiose deseruerit, Ludolph. Schrader *ad tit. inst. de nupt. n. 164. seq.*

§. VI.

Huc etiam refero, si alter conjux factis suis illitis alterum ad discedendum cogit, & hoc Carpzovium in verbis modo adscriptis: *vel alia probabili causa discedit, innuere voluisse existimo.* Talis probabilis causa adest, quando maritus uxori alimenta denegat: si loco castigationis ipsi alias permiffæ, modicæ scilicet, flagris & fustibus utitur: vel ex diverso, si uxor ita rixosa est, ut continuatio cohabitationis marito difficilis, vel impossibilis plane videatur, & quæ sunt similia. Hic sane conjugi innocenti successio sine nota maximæ injustitiæ adimi non potest, adflicto enim adflicto adderetur, quod omni æquitati repugnaret. Sane inquit Brunnem. *ad l. un. ff. unde vir & uxor. n. 9.* maritum, qui ob graves causas à rixosa uxore diverterat, admisit aliquando Facultas nostra Juridica (Francofurtana) ad lucrum statutarium, cum decurtatione tamen (ut loquitur,) alimentorum, quæ interim debuit uxori, cum viveret. Objiciet forsan quis, imputare sibi conjugem innocentem debere, quod non fuerit conquestus in judicio de malis & improbis alterius conjugis moribus. Verum respondeo cum eodem Brunnemanno *d. l. n. 15.* probatio interdum difficilis, mora judicii longior & non tanta interdum sævitia, ut separationem mereatur. Addo, neminem etiam

invitum cogi ad agendum & intermissionem actionis judicialis hoc casu ad species culpæ referri non posse. Quis enim nescit, varia illa maximaque incommoda, quæ nostros processus eosque tere omnes comitantur.

§. VII.

Sed quid, si conjuges mutuo consensu sese quoad thorum & mensam separaverint? Non puto, hoc casu ad esse malitiosam desertionem, quippe quæ utriusque voluntate suscipitur. Sane, si uterque conjugum occasione ejusmodi separationis suppeditat, v. g. si uterque rixosus & alter alterum eodem modo odit: tunc extra omne dubium positum esse existimamus, neutrum de injuria ab altero sibi illata conqueri & porro neutrum pro malitioso desertore haberi posse. Sed posito etiam, unum ex conjugibus solum in culpa esse; nihilominus tamen pars innocens de malitiosa desertione querelas movere non poterit, quoniam in discessum alterius consentit & sic juri suo, quo alias frui potuisset, sciens volensque renunciavit. Dissentit Carpzovius *P. 3. C. 26. D. 15.* Non concedendum, inquit, privatæ separationi, quod dissolutioni solenniter per sententiam Magistratus factæ indulgetur. Sola ergo, infert, judicialis separatio quoad thorum & mensam a Magistratu facta hoc efficit, ut desertori privatio lucri statutarii haud sit ulterius metuenda. Sufficere putamus, si Carpzovio hoc saltem reponimus: rationem ejus adductam petere id, quod in principio est. Equidem hoc ipsi largimur, quod Consistoria separationem privata autoritate & quidem in perpetuum factam vix permittere soleant; ast vero de eo hic non quæritur, an talis separatio effectum perpetuum scilicet *intuitu separationis* habere possit, possunt enim juxta mores receptos

ceptos Consistoria partes adigere, ut, nisi gravius quid obftet, in futurum eodem lecto & mensa iterum utantur; sed in eo saltem consistit status controversiæ: an non ex dicta separatione etiam de facto suscepta remissio injuriæ *ratione successione* colligi possit? id quod nos adhuc adfirmamus. Objicis fortan: ex privata separatione tanquam facto legibus non comprobato effectum juris non posse profluere; concedo hoc quoad ipsam separationem, quod illa moribus nostris consensu privato non possit fieri perpetua, interim tamen intuitu remissionis injuriæ privatæ, quæ ex tali separatione colligitur, factum illicitum neutiquam adest & proinde ratione futuræ successione conservandæ effectus ex separatione omnino profluere potest. Neque novum est, ut idem factum diverso respectu utile, diverso autem inutile esse queat, utile interim per inutile non vitatur. Non obstat nobis Constitutio Electoralis Saxonica 26. *part. 3.* ad quam ipse Carpzovius provocat. Illa enim in fine expressè constituit, privationem successione non habere locum, si defunctus (innocens) superstiti (nocenti) ignovit, ibi: *oder der verstorbene Ehegatte hätte dem schuldigen Theil bey seinem Leben verziehen.* At vero eo ipso, dum innocens nocenti separationem permittit, eidem ignoscit eatenus, quod pro malitioso desertore ipsum habere nolit. Sententiæ nostræ adtipulatur Kohl *de success. conjug. part. prior. n. 41.*

§. IIX.

Tangemus quoque casum quem adfert Mevius *P. 5. Decis. 135.* Fœmina quædam marito nupserrat: post consummationem matrimonii propria autoritate & sine consensu mariti iterum discedebat, sub hoc quidem prætextu,

textu, quod post contractum matrimonium demum rescivisset, se & maritum in propinquiori gradu esse, quam ante eximaverat, addens, contra conscientiam hoc fore, si marito ulterius cohabitaret. Cognoscebatur causa a iudice competente, qui tamen per sententiam uxori injungebat, ut ad maritum reverteretur. Non parebat sententiæ uxor & nihilominus cum interim maritus diem supremum obiret, ab heredibus mariti lucrum illud petebat, quod nobilium viduis alias est præstandum. Verum nihil obtinuit. Primo enim invito marito discesserat & deinde ex causa non probabili. Scilicet postquam iudex de causa cognoverat & matrimonium tale adesse deprehenderat, quod legibus non est improbatum: uxor prætextum conscientiæ amplius allegare non poterat, sed optime huc quadrant, quæ Mevius *loc. cit. num. 4. & 5. in not.* adfert: talem sententiam ostendere, improbe a marito secessionem factam esse, ubi discedentem redire jubet. Et porro, non esse probabilem decernendi causam, quam quis sibi ipsi facit & adfertat, *l. 2. §. f. ff. si quis caut. in jud. sist. caus. fact.* Hinc malitiosa desertio aderat.

§. IX.

Progredimur ergo ad alteram speciem desertionis, *malitiosam* scilicet, v. supra §. V. Quoniam vero hic casus plurimi occurrunt, qui diverso modo decidendi; hinc, ne confusio oriatur, materia distincte pertractanda erit. Hæc tria autem principaliter separari debent, quid nempe juris sit, (1) *si conjugium a iudice quoad ipsum vinculum dissolutum*, qui est casus divortii proprie sic dicti: (2) *si conjuges saltem quoad thorum & mensam separati* & denique (3) *si nec divortium, nec separatio facta.*

§. X. Initi-

§. X.

Initium faciamus a casu primo, si conjugium a iudice quoad ipsum vinculum dissolutum fuit. Hic nulum dubium est, quin omnis successio cesset intuitu utriusque conjugum. Ulpianus in *l. un. ff. und. vir & uxor. §. 1. ut autem hæc bonorum possessio* (unde vir & uxor) locum habeat, uxorem esse oportet mortis tempore. Consentit Stryk. *de success. ab intest. Diss. 4. c. 1. §. 10.* Kohl *de success. conjug. part. prior. num. 36.* Limitatur sexto, inquit, in eo, qui tempore obitus non est conjux, licet antea fuerit, puta, si propter adulterium, vel malitiosam defertionem divortium fuerit secutum. Ut enim successioni sit locus, oportet constare matrimonium tempore mortis. Carpzov. *P. 3. C. 26. D. 17. num. 5.* ibi: hoc ergo, vero scilicet & totali divortio facto ac vinculo conjugii in totum ita dissoluto, ut vel alteri eorum, vel utrique cum alio matrimonium contrahere permittatur, neuter ex alterius defuncti bonis quidquam lucratur, causa nimirum illius lucri, quæ est matrimonium, cessante, add. Berlich. *P. 3. Conclus. 36. num. 24.*

§. XI.

Sed quid sibi volunt verba Ulpiani in *d. l. un. §. 1. ff. und. vir & uxor.* quando dicit: *Sed si divortium quidem secutum sit, verum tamen jure durat matrimonium: hæc successio locum non habet.* Explicat mentem suam Ulpianus in verbis subsequentiis: *Hoc autem, inquit, in hujusmodi speciebus procedit: liberta ab invito patrono divertit, lex Julia de maritandis ordinibus retinet istam in matrimonio, dum eam prohiberet alii nabere invito patrono; item lex Julia de adulteriis, nisi certo modo divortium factum sit, pro infecto habet.* Patet ergo, divortium modo illegitimo

C

mo

mo factum fuisse & propterea illud effectum intuitu Patroni tanquam partis innocentis, post se trahere non potuisse. Plane enim non fieri, aut, debito modo non fieri, synonyma sunt.

§. XII.

Redeamus ad Carpzovium. Hic, prout paulo ante §. X. adduximus, statuit *P. 3. C. 26. D. 17. n. 5.* quod in casu divortii, sive separationis quoad ipsum vinculum, *neuter* ex alterius conjugis defuncti bonis quidquam lucraretur, ergo nec nocens, nec innocens, quoniam, ut *num. 6.* addit, causa illius lucri, nimirum matrimonium, cessat. Haec bene. In *Def. 20. §. 21.* vero in omnia alia abijt & sequentem in modum ratiocinatur: quod matrimonio ex causa desertionis licet totaliter dissoluto ac vero facto divortio conjux innocens nihilominus lucraretur id, quod post obitum desertoris, vel desertricis ipsi competeret. Miror, tam manifestam contradictionem in eadem serie Definitionum Constitutioni Electorali XXVI. subjectarum irrepsisse! quis hæc conciliaret? Adducemus interim rationes, quas pro stabilienda, ultima hac opinione adducit, & respondebimus Carpzovio breviter, partim quoque ex ipso Carpzovio. *Iniquissimum, inquit, esset si desertor conjugi præjudicare posset in portione ex bonis suis ipsi debita, Def. 20. num. 1.* Respondemus ex Carpzovii *Def. 17. n. 6.* causa lucri cessat, scilicet matrimonium, ergo & ipsum lucrum cessare debet. Portio statutaria vivo conjuge non debetur, sed demum post illius mortem, at vero si vivis conjugibus divortium factum, tunc tempore mortis conjux non adest neque etiam portio statutaria, ergo nec præjudicatur illi, qui in conjugio amplius non vivit. *Quin,* addit *Def.*

Def. 21. num. 5. facto ejusmodi vero ac totali divortio perinde est, ac si defertor, vel desertrix decessisset, ut dubium non sit, innocentem portionem ex defuncti conjugis bonis sibi debitam facto divortio lucrari. Sed respondemus, non esse perinde, quia defertor post divortium factum adhuc vivit & nondum decessit. Mors naturalis ergo non adest, & quod divortium ad species mortis civilis referatur, de eo mihi nondum constat, nec forsitan aliis. Moritur quidem deinde aliquando defertor; sed tunc recurrit prior Carpzovii responsio, quod tempore mortis causa lucri cesset, scilicet matrimonium. Sed, pergit, d. Def. 21. num. 2. nocens non debet lucrum ex delicto suo consequi; ita est, sed nullum etiam hoc casu lucrum consequitur nocens ex delicto suo, quoniam casus successionis demum post mortem illius existit, de mortuis vero dici nequit, quod lucrum consequantur, quia nihil in bonis habent, sed bona eorum, licet non ad priorem conjugem, ad alios tamen devolvuntur. Reliqua pleraque, quæ adducit Carpzovius, ejusdem valoris sunt. Inveniuntur apud ipsum multa brocardica, quæ in thesi quidem vera sunt, in hypothesi autem adplicari nequeunt.

§. XIII.

Quæ Def. 20. num. 5. habet Carpzovius: quin & innocens propter desertionem agendo eo citius lucrum id consequitur, quo facilius separationem non solum quoad thorum & mensam, sed & totalem dissolutionem ac verum divortium impetrabit; partim obscura sunt, partim iterum non concludunt. Addit n. 6. & si facta separatione quoad thorum & mensam defertor, sive pars nocens ad successionem admittenda, cur innocens facta dissolutione totali ab ea esset repellenda haud certe video; nos certe videmus, quod a

C 2

sepa-

separatione quoad thorum & mensam, quæ vinculum matrimonii non diffolvit, ad ipsum verum divortium, quo factò dictum vinculum plane tollitur, & sic a diversis ad diversâ non valeat consequentia. Quid interim in casu separationis quoad thorum & mensam juris sit, de eo paulo post videbimus.

§. XIV.

In *Def. 23.* Carpzovius adsertionem suam, quod nempe conjux innocens etiam post totale divortium nocenti succedat, ad ea bona restringit, quæ nocens ante divortium jam habuit, quæ ergo deinde ipsi delata fuerunt, ab eorum lucro innocentem excludit. Verum & hæc distinctio nullius momenti est. Innocens enim, postquam divortium intercessit, conjugi nocenti, quæ deinde moritur, plane non succedit, nec in bonis, quæ jam ante divortium habuit, nec in illis, quæ postea acquisivit. Cessat enim causa lucri, scilicet matrimonium, quæ est Carpzovii sententia jam ante §. XIII. adducta.

§. XV.

Hoc quoque nobis ob stare videtur, quod similiter etiam adducit Carpzov. *d. Def. 23. n. 6.* scilicet notum est ex *Nov. 117. c. 8. & 9.* quod in casu commissi adulterii & subsecuti divortii, si liberi ex eodem matrimonio non adsunt, maritus innocens lucretur dotem ab adultera illatam & ex paraphernalibus tantam portionem, quanta est pars tertia dotis, contra: uxor innocens recipiat dotem, lucretur donationem propter nuptias & tantum ex reliqua mariti substantia capiat, quantum est tertia pars istius donationis. Ex illa Novella Carpzovius a divortio propter adulterium factò ad divortium ex causa maliciosæ desertionis susceptum argumentatur, quod quem-

quemadmodum in priori casu lucrum aliquod conjugii obvenit: ita quoque in casu posteriori eadem juris dispositio esse debeat. Sed fallitur Carpzovius. Jura singularia, præsertim pœnalia (pœnam enim subesse in dispositione Novellæ fatetur ipse *loc. cit. num. 5.*) non possunt extendi ab uno casu ad alium, sed in pœnibus benignior sententia præfertur, *Lys. §. 2. ff. de R. J.* & pœna nunquam locum habet, nisi id in jure expressum sit, Carpzov. *P. 4. C. 43. D. 8. n. 3.* Adest & alia differentiarum ratio. Lucrum, quod in casu divortii propter adulterium innocenti obvenit, eo ipso, quia pœnam inritu partis nocentis sapit, innocenti statim debetur, ergo ibi de casu successionis plane nulla est quæstio, quoniam viventis hereditas non datur; at vero successio in portione statutaria locum non habet, nisi conjuge altero mortuo, & ergo hoc casu non adest pœna, & porro ab uno casu ad alterum iterum non valet consequentia.

§. XVI.

Tandem optimum quidem argumentum pro Carpzovii sententia ex ipsa Constitutione Electorali Saxonica 26. *P. 3.* desumi possit, quippe ubi Elector successioni locum esse concedit, si per sententiam dissolutum sit inter conjuges matrimonium, verb. *es wäre dann die Ehescheidung zwischen Mann und Weib zu recht erkand;* verum illud argumentum non admittit ille *d. P. 3. C. 26. D. 17.* Respondeat ergo pro nobis Carpzovius contra se ipsum. Etsi Constitutio hæc, inquit, generaliter loquitur & post dissolutionem etiam matrimonii conjuges ad successionem admittat; attamen non nisi de ea separatione, quæ fit tantum quoad thorum & mensam, accipi debet, non etiam de vero & legitimo divortio, quo vinculum



lum matrimonii in totum dissolvitur, concessa facultate innocenti conjugum cum alia persona matrimonium ineundi, cui divortio non solum adulterium, sed & desertio malitiosa causam præbet. Invito itaque Carpzovio illud argumentum obtrudi non debet, quod alias quoque extra Electoratum Saxoniam neutiquam valeret.

§. XVII.

Manet ergo, post dissolutionem matrimonii quoad ipsum vinculum nec nocentem innocenti, nec hunc illi succedere. Progredimur jam ad *secundum* casum supra §. IX. indigitatum, quando conjuges *saltem quoad thorum & mensam separati fuerunt*. Hic iterum distincte procedendum erit. Videbimus (1) quid DD. Saxonici ex mente Constitutionum Electoralium statuunt, & (2) quid abstrahendo a DD. Saxoniorum opinionibus statuendum sit.

§. XIII.

Quod primum attinet, Carpzovius *P. 3. C. 26. D. 15.* statuit, *separatione inter conjuges quoad thorum & mensam a Magistratu facta desertorem non amittere portionem statutariam*. Consentit hic cum Carpzovio, quod rarum alias est, Finckelth. *Obs. 37.* qui *num. 10. seqq.* sequentes rationes pro adstruenda thesi sua adducit: (1) quod nulla lex sit, nulla Constitutio, vel juris canonici, vel Saxonici, quæ marito (& versa vice) propter sævitiam ab uxore a mensa & thoro separato lucrum statutarium post obitum uxoris obveniens adimat, qua ratione etiam utitur Colerus *de aliment. l. 1. c. 16. num. 29.* (2) quia Elector Saxoniam in *Const. 26. P. 3.* tractans, quibus casibus pars nocens ex conjugibus amittat id, quod ex hereditate, vel bonis innocentis alias ipsi debetur, inter casus exceptos &

& hunc ponit, si matrimonium per sententiam fit inter conjuges dissolutum, quod tum privationi locus esse non debeat, ibi: es wäre dann die Ehescheidung zwischen Mann und Weib zu recht erkand / quippe quæ dissolutio non de totali divortio, sed tantum de separatione quoad thorum & mensam intelligenda, Möller. *ad Const.* 26. P. 3. n. 3. (3) quia regula est, dotem mulieri restitui debere soluto demum matrimonio, non autem eo adhuc constante: facta autem separatione quoad thorum & mensam vinculum matrimonii nondum est solutum, ergo & jus succedendi durat, &c.

§. XIX.

Quoniam tamen dispositio illa Saxnoici juris, defertorem facta licet separatione quoad thorum & mensam nihilominus ad successione admittens, valde singularis est; hinc jam suo tempore Matthias Berlichius *P. 3. Conclus. 36. num. 25.* de ea dubitare cæpit atque *d. Const.* 26. P. 3. de parte innocente intelligi debere existimavit, ita, ut illa pars innocens, quæ separationi causam non dedit, lucrum statutarium post mortem alterius percipere possit, nocens vero illo lucro ex bonis defuncti omnino privari debeat, quia leges non permittunt, ut quis propter suam culpam & delictum ex alterius bonis lucrum speret, in quem finem adducit *l. si ab hostibus 10. §. si vir uxorem. 1. ff. solut. matrimor.*

§. XX.

Sed invenire non potui, quod aliquis ex DD. Saxonice hanc Berlichii sententiam secutus fuerit. Imo potius & Carpzovius & Finckelthufius *locis antea citatis* expresse ab ejus opinione recesserunt. Et si dicendum quod res est, Berlichii sententia, quamvis alias æqua & juri

juri communi conformis sit, ad mentem tamen constitutionis Saxonicae non esse videtur. Clare, ut puto, hoc ostendit Carpzovius *in prax. crim. qu. 58. num. 71.* Constitutio Electoralis, inquit, de successione nocentis tantummodo partis agit, nullo prorsus dubio de successione innocentis existente. Idque adparet tum ex *rubr. dict. Const. 26. P. 3.* in verb. *Ob das schuldige Theil nach Absterben des andern etwas ererben/ oder aus des Verstorbenen Güthern erlangen könne: tum ex verbis manifestis circa med.* So soll dem schuldigen und verbrochenden Theile dasjenige / so ihme aus Ehestiftung / Statut, Gewohnheit oder Recht / von des Verstorbenen Güthern gebührt/ nicht folgen/ *junct. vers. subseq.* es wäre dann die Ehescheidung zwischen Mann und Weib zu recht erkand. Ubi, addit, expresse disponitur, nocentem ac deferentem conjugem ex bonis defuncti nihil lucrari, addita exceptione hac, nisi per sententiam dissolutum sit inter conjuges matrimonium. -- Sensus ergo est: nocentem ex bonis defuncti innocentis nihil lucrari, nisi matrimonium quoad mensam & thorum fuerit dissolutum, quo casu nocenti superstiti ex defuncti bonis debita portio adjudicari debet, quia respectu innocentis nullum est dubium, quin is matrimonio etiam quoad thorum & mensam non dissoluto debitam portionem lucretur, illustrissimum autem Legislatorem de casu minus dubio disposuisse, probabile non est.

§. XXI.

Ad rationes a Berlichio in contrarium adductas, v. §. XIX. Carpzovius *P. 3. C. 26. D. 15. n. 6.* hoc praecipue regerit; defertorem jure Saxonico Electorali post dissolutionem matrimonii quoque ad successionem conjugis defun-

defuncti innocentis admitti, non quod delictum suum id mereatur, sed ex dispositione Legis Electoralis. Idem est, ac si dixisset: rationem Constitutionis Electoralis quidem ignoramus, lex tamen ita scripta est. Maneat ergo ita scripta in Electoratu Saxoniae, nos pedem ulterius promovemus.

§. XXII.

Et quidem certo persuasi sumus, quod in casu factae desertionis & subsecurae separationis quoad thorum & mensam extra illas Saxoniae terras pars deserens innocenti succedere non possit. Quamvis vero hic casus in Lege aliqua expresse & in terminis, ut loquuntur, decisis non sit; interim tamen ratio legis non deficit, quia legum beneficio indignus est, qui in leges peccat, *l. 37. in f. ff. de minor. 25. ann.* vel, prout in *l. 10. §. 1. ff. solut. matrim.* dicitur, non est æquum, virum ob facinus suum dotem (sperare) lucrifacere. Idemque & e contrario statuendum est. Non obstat, quod tamen hoc casu vinculum matrimonii dissolutum non fuerit. Nam valida quidem est regula, qua etiam in præcedentibus usi sumus, quod quotiescunque matrimonium dissolutum fuit, toties successioni non detur locus; interim tamen e converso regula non procedit intuitu partis nocentis, quod successioni semper locus sit, licet matrimonium plene solutum non fuerit. Sufficit enim, quod conjux innocens actionem contra nocentem instituerit & de injuria sibi illata conquestus fuerit. Sed vero, opponit Finckelth. *obs. 31. num. 15.* in eo casu, si uxor propter sævitiam mariti domo abest, maritus tamen nihilominus illam alere tenetur, ergo, infert, dum hoc onus matrimonii fert, lucrum quoque alias debitum eidem auferri non potest;

D

potest;

potest; verum respondemus, nullam adesse consequentiam. Maritus ad subministranda alimenta obligatus est, & ab hac obligatione per factum suum illicitum sese liberare non potuit. At successio in bonis conjugis innocentis lucrum aliquod involvit, quo lucro per idem factum illicitum se indignum reddere potuit. Ergo illud argumentum a diversis ad diversa procedit.

§. XXIII.

Non existimet autem quis, hanc nostram opinionem singularem esse adeoque in praxi non attendendam: multi viri celeberrimi eandem jam olim defenderunt, neque juxta principia jurisprudentiæ genuina aliter potuerunt. Audiamus primo Andream Kohlium *in tract. de success. conjug. part. prior. num. 38. 39.* Limitatur octavo, inquit, quando conjuges separati sunt quoad thorum & mensam, successioni locus haud erit. Verum, addit, hac in parte distinguendum fuerit inter separationem judicialem & extrajudicialem. Quando namque separatio prævia causæ cognitione facta est quoad thorum & mensam autoritate, sive decreto judicis, eaque ad obitum usque duravit, procul dubio limitatio nostra sibi locum vindicat. Successit enim hujusmodi separatio in locum divortii olim liciti, merito itaque fortitur naturam ejus, (quam tamen rationem nos in medio relinquimus.) Deinde, addit, non obscure suffragatur text. in *l. un. vers. hoc autem. ff. unde vir & ux.* (quem nos quoque adduximus supra §. XI.) ubi liberta divertens a patrone, licet alteri nubere nequeat, quippe durante adhuc matrimonio, nihilominus perdit jus successiois, quia nempe viro non cohabitavit, nec ei conjugale debitum exhibet. Quod cum æque eveniat, quando conjuges

§. 1309

ges

ges iudicio ecclesiæ sunt separati, successioni hic quidem locus erit. Præterea licet conjugale vinculum adhuc duret, conjunctio tamen animorum deficit, cohabitatio conjugalis iudicio ecclesiæ sublata est, vel suspensa, quam Prætor in bonorum possessione indulgenda respexisse videtur, §. *adhuc.* & §. *aliam.* *f. de bonor. possess.*

§. XXIV.

Eandem sententiam fovet Valentinus Forsterus *de hered. que ab intest. defer. l. 9. c. 3. num. 29. 30. 31.* Postremo, inquit, fallit in eo conjugæ, qui causam separationem non admittitur, idque ex opinione Cyni & Alexandri in *l. 1. Cand. vir & uxor.* Hinc sententiam paulo post *num. 30.* retinendam esse putat, propter ipsam mentem & intentionem Prætoris, quam in successione conjugum introducenda habuit. Constat vero, pergit, ex ipsa mente Prætoris, quod conjux, cujus culpa & facto separatio facta est, alteri non succedat, Cujus intentionis multæ simul possunt adferri ac adduci rationes. Nam inconveniens & rationi absonum, quod is, qui divortio causam præbuit, debeat habere bona alterius, cum rationi contrarium sit, eum, qui committit in legem, habere beneficium legis, & unde quis meretur pœnam, præmium consequi, *l. si ve hereditaria 20. de ff. negot. gest. l. si ab hostibus 11. §. ff. solut. matrim.* Deinde, etsi per talem separationem thori matrimonium adhuc duret, effectus tamen matrimonii cessat, propter quem effectum Prætor hanc successione introduxit, *l. 1. ff. eod.* qui effectus sunt conjunctio inter eos tam corporis, quam animi, item individua vitæ consuetudo. Postrema itaque, sic concludit tandem Forsterus, limitatio ex mente Prætoris

D 2

hæc

hæc est, ut ille, qui causam separationi dedit & præbuit, minime succedat: ei vero succedatur per eum, qui causam non commisit. Cessant enim in eo rationes supra adlatæ. Nec debet esse in potestate alterius, ex facto & culpa sua alteri præjudicium adferre.

§. XXV.

Subscribit porro huic nostræ sententiæ Michael Grassius, Professor quondam Rostochiensis, *recept. sentent. §. successio ab intestato qu. 38. num. 5.* Sed num quid, inquit, hæc successio viri & uxoris locum habebit, si tempore mortis facta est separatio? Resp. quod non, ita tamen ut is, qui præbuit causam separationis, non succedat quidem, ei vero succedatur.

§. XXVI.

Vltimo loco adhuc consensum B. Strykii in *tract. de success. ab intest. Diss. 4. c. 1. §. 11.* subjugimus. Ita vero ille: si vero quoad thorum & mensam tantum facta separatio, ita concefferim, nocentem partem a successione tantum excludi, hæc enim suo facto vel delicto, ut excluderetur, meruit. Innocens vero pars alterius facto non prægravanda, per tradita Befoldi *p. 5. Conf. 250. n. 3.* Et quamvis in §. 9. dictum, etiam separationem quoad thorum & mensam prætoris conjugum successioni esse impedimento; verba tamen Prætoris non tantum, sed & mens attendenda. Dignam præmio non iudicabat Prætor, quæ diverterat. De innocente non dubitabatur, qui, quo minus matrimonium subsisteret, in culpa non fuit. Ergo quod in pœnam statutum, ultra delinquentis personam non extendendum. Interim, quamvis in divortio plane successione cessare dictum, hic tamen hoc differentiæ subest, quod hic vinculum matrimonio-

trimonii salvum maneat. Quamvis enim Prætor hoc solum non respiciat, concurrente tamen innocentia partis alterius quoad hujus personam matrimonium tempore mortis actualiter subsistere adhuc præsumitur. Testatur quoque B. vir a Facultate Juridica Francofurtensi A. 1679. d. 19. Jul. ita fuisse pronunciatum: Ratione portionis statutarie ist dabin zu sehen / welcher unter beyden Eheleuthen zu sothanem divortio quoad thorum & mensam Ursach gegeben / massen dem unschuldigen Theil das jus succedendi & capiendi portionem statuatariam frey bleibet / dasjenige Theil aber / so zur Scheidung Ursach gegeben / ist billig davon zu excludiren.

§ XXVII.

Consentiunt adhuc Barry *de success. l. 18. tit. 4. n. 4.* Besold. *P. 5. Conf. 250.* & plurimi alii citati partim a Strickio *d. l. partim a Kohlio loc. cit. n. 38. in f.* Celebriorum Autorum ipsa verba interim in diversis §§. propterea adscribere volumus, ut discant illi, qui ultra Carpзовium non sapiunt, non omnia pro principiis & regulis universalibus accipienda esse, quæ statuit Carpзовius, nec etiam ea ubivis valere, quæ in Electoratu Saxonie per speciales Constitutiones statuta sunt, quamvis hac parte multi, præsertim ex pragmaticorum numero, a via veri abire soleant, præcipue in provinciis Electoratu Saxonie vicinis. Nos ne unum quidem ex DD. jus commune pertractantibus deprehendimus, qui Carpзовii sententiae calculum adjiceret.

§. XXIX.

Sed quid, si quis objiciat, casum non esse dabilem, ut propter malitiosam desertionem, sola separatio quoad thorum & mensam decernatur, cum propter illam non

minus, ac propter adulterium, ipsi divortio plenario, sive dissolutioni matrimonii quoad vinculum locus sit. Resp. posse quidem conjugem innocentem ad plenarium divortium agere, non tamen eum ad hoc obstrictum, sed ipsius arbitrio relictum esse, an ad divortium, an vero ad separationem quoad thorum & mensam solum agere velit. Supponimus ergo nos cum reliquis DD. omnibus ejusmodi casum, ubi pars deserta nihil amplius, quam perpetuam separationem quoad thorum & mensam petiit. Eadem interim ratio adest, si talis separatio propter sævitiam similesve causas facta fuerit.

§. XXIX.

Progredimur nunc ad casum *tertium* supra §. IX. indigitatum, *si neque divortium a iudice decretum, neque separatio quoad thorum & mensam facta*, interim tamen altera pars ab altera invita (de discessione mutuo consensu facta supra §. VII. egimus) discedit, vel tale quid committit, quod desertioni æquipollet, vel adhuc gravius est, quo pertinet, si maritus uxorem peste infectam deserit, nec absens de cura & medicamentis ipsi prospicit, quod si enim hoc fecit, malitia non adest, quia maritus iusto timore mortis, vel cruciatus corporis conterritus abest, Rauchbar. p. 2. qu. 20. item, si maritus in puerperio, aut alio morbo laborantem conjugem deseruit, nec illiterum de Medico aliisque necessariis prospexit, Carpov. P. 3. C. 26. D. 4. Fundamenta hæc habent in *Const. Sax. 26. P. 3. ibi: Da der Mann die Frau / oder die Frau den Mann bößlich verläßt / von ihme wegläufft / oder in grosser Leibes Schwachheit / darinnen Er / oder Sie gestorben / deserirt / und solche Ursachen zu recht erheblich und gnugsam erkand werden / so soll dem schuldigen und*
ver

verbrechenden Theil dasjenige/ so ihm aus der Ehestiftung/ Statut, Gewohnheit oder Recht/von des Verstorbenen Güthern gebührt/ auf den Fall/ da des Verstorbenen Erben solches wiederfechten/ nicht folgen; alias vero Jcti Wittebergenses & Lipsienses quondam responderunt, maritum ex ea causa lucro sibi debito privari non posse, quod uxorem in gravi morbo & periculo omni auxilio destitutam deseruerit, prout refert Rauchar. d. p. 2. qu. 20. num. 1.

§. XXX.

Principalis quæstio in hac materia est, utrum heredes partis innocentis ad pœnam privationis lucri statutarii & amissionem successione contra partem nocentem agere possunt, *quamvis ipse defunctus innocens actionem non instituisset?* &, quod exinde profluit; *utrum necessarium sit, ut conjux innocens desertus de injuria sibi illata virus conqueratur?* Hic certe DD. in eo conveniunt, quod privatio successione sit species pœnæ & quod actio ad obtinendam illam privationem instituta sit species actionis ad vindictam tendentis, Carpzov. P. 3. C. 26. D. 13. Stryk. de success. ab intest. Diff. 12. c. 4. §. 9. res ipsa quoque hoc ostendit, quamvis omni autoritate DD. hic destituti essemus. Jam vero ex principiis juris notum est, quod ejusmodi actiones ad vindictam tendentes, v. g. querela inofficiosi testamenti, actio injuriarum, &c. ad heredes illius, cui injuria illata est, non transmitantur, nisi vel ipse injuriam passus easdem jam inchoaverit, aut saltem præparaverit, v. l. 13. pr. l. 15. §. 14. ff. de injur. l. 6. §. 2. l. 7. ff. de inoffic. testam. ergo in præsentī casu idem obtinere debet, quoniam eadem ratio adest.

§. XXXI.

§. XXXI.

Consentit hac parte nobiscum Carpzov. *d. P. 3. c. 26. D. 11. n. 4. seqq.* Non tamen, inquit, heredes ad agendum admitti putaverim, priusquam demonstraverint, conjugem defunctum indignatum fuisse, atque injuriam per desertionem conjugis sibi illatam vindicare voluisse, si non morte præventus fuisset, in dubio siquidem conjux injuriam remisisse præsumitur, quo ipso etiam heredibus via ad agendum est præclusa. Nec enim heredes vindicare possunt injuriam, quam defunctus jam antea remisit, add. Schilter *prax. jur. Rom. Ex. 36. §. 114.* ubi Consistoriales Lipsienses A. 1622. ita respondisse dicit. Dan. Moller. *ad Const. Sax. 26. P. 3. num. 5.* Stryk *de success. ab intest. Diss. 12. c. 4. §. 9.* Poterit huc referri, quod in *l. 15. §. 1. in f. ff. solut. matrim.* habetur, scilicet, quod heredi mariti quidem compensationes ad pecuniariam causam respicientes profint, *morum vero coercionem non habeat*, Zæf. *ad tit. ff. ad L. Jul. de adult. n. 34.*

§. XXXII.

Quod conjux deferens successione non privetur, si heredes conjugis deserti defuncti privationem non urgent: hoc per se certum est, quilibet enim favori pro se introducto renunciare potest. Hoc autem majus dubium habet, utrum in casu, quem modo in §. XXX. & XXXI. supposuimus, omnes heredes, scilicet, non solum descendentes, sed & collaterales, privationem successioneis urgere queant, an vero soli descendentes? DD. plerosque in eo convenire, quod de jure communi jus agendi ad privationem portionis statutarie non nisi suis heredibus competit, ex Boërio, Farinacio & aliis adfirmat Carpzov. *P. 3. C. 26. D. 12. n. 5.* & ex hoc jure, prout ille existimat, communi

muni etiam Constitutiones Saxonicas interpretatur, quæ alias generaliter loquuntur, ibi: *auf den Fall/da des verstorbenen Erben solches wieder sechten/ Const. 26. P. 3. Const. 21. P. 4.* Verum, cum in jure communi hac de re non adfit specialis dispositio, nec etiam firmum legis argumentum, hinc merito manemus in regula juris communis, quæ extat in *l. 170. ff. de V. S.* ubi ita satis clare Ulpianus: *Heredis appellatione omnes significari successores credendum est, etsi verbis non sint expressi.* Imo, dicit Carpzovius *d. l. n. 9.* adest argumentum legis, jus prælationis enim, quod mulier ratione dotis illatæ in bonis mariti defuncti habet, ad liberos quidem & descendentes heredes transmittitur, non vero ad collaterales & extraneos. *Nov. 91. in pr. §. non vero aliis.* Verum respondeo, hoc argumentum a diversis ad diversa & plane non coherrentia procedere. Cum ergo de jure communi in casibus specialiter non exceptis (qualis hic non adest), heredum appellatione omnes successores contineantur; hinc etiam nulla juris Saxonici interpretatio, vel restrictio, ex tali prætenso, sed non existente jure communi admiti poterit.

§. XXXIII.

Proxima nunc quæstio est, *ad quemnam in iis casibus, ubi privationi successionis locus est, hereditas pertineat, & utrum heredibus conjugis innocentis adcreseat, an vero fisco eadem adplicetur?* Pertractat hanc quæstionem Mevius *P. 5. Dec. 136.* & contra Fiscum pronuntiat. Res breviter eo redit. In *l. 10. §. 1. ff. solut. matrim.* expresse habetur, quod eo casu, quando maritus uxorem occidit, dos, quam alias lucrifacere potuisset maritus, non fisco cedat, sed heredibus uxoris: ergo multo magis idem in

E

casu

casu desertionis obtinebit. Obstat quidem *l. Lucius 9. ff. de jur. fisc.* ea Fisco cedere debere, *quæ scelere acquisita sunt*; sed negamus conjugem deserentem hereditatem, velejus portionem *adquisivisse*, & hinc manemus in regula: quod non debetur, aut deberi non incipit, fisco non cedit, v. *l. fin. §. 1. ff. de his, quæ ut indigni.* conf. Heig. *p. 2. qu. 33. n. 7. seqq. & n. 36. seqq.* Brunnem. *ad l. un. ff. unde vir & ux. n. 10.* Möller *ad Const. Sax. P. 3. C. 26. n. 3. seq.* Berlich. *P. 3. Concl. 36. num. 29.* Carpzov. *P. 3. C. 26. D. 19.* quæ sententia etiam adprobata in *Const. Elect. Sax. 26. P. 3. verb. sondern den Erben zu erkand werden.*

§. XXXIV.

Subnectendi nunc porro sunt casus, *quando conjux deserens successione non privatur.* Diximus jam supra §. XXX. quod privatio successione fiat propter injuriam conjugi innocenti a nocente illatam. Ergo exinde inferitur, privationi locum non esse, si conjux innocens injuriam sibi illatam *remisit*. Remissio illa autem vel est *tacita*, vel *expressa*. Si conjux innocens injuriam expresse remisit: nullum dubium superest, non enim invitus quis tenetur, ut injurias ulciscatur, sed juri suo & hac parte renunciare potest. Ita in *Const. Sax. 26. P. 3. oder der verstorbene Ehegatte hätte dem schuldigen Theil bey seinem Leben verziehen.*

§. XXXV.

De remissione tacita itidem supra §. XXX. jam adduximus, quod illa exinde colligatur, si innocens injuriam sibi illatam *disimulavit*, nec actionem ex capite desertionis contra nocentem instituit. Pertinet huc textus in §. 12. *J. de injur.* Hæc actio (injuriarum) *disimulatione* aboletur. Et ideo, si quis injuriam dereliquerit, hoc est,

est, statim passus ad animum suum non revocaverit: postea ex pœnitentia remissam injuriam non poterit recolare. Alios textus in §.XXX. adductos deprehendes.

§. XXXVI.

Sed dantur adhuc aliæ tacitæ remissionis species. Talis habetur iterum in *Const. Elect. Saxon. 26. P. 3.* verb. oder in seinem Testament nachfolgendes etwas vermacht. Ergo si conjux innocens conjugii deserenti non obstante desertione nihilominus aliquid in testamento reliquerit, sive per modum heredis institutionis, (quo casu res nullum plane dubium habet,) sive etiam titulo legati, vel fideicommissi: privatio successione cessat. Habet hæc adfertio fundamentum in principiis juris communis. Legata & similia ex benevola testatoris voluntate proficiuntur, quem enim odio prosequor, in illum beneficia non confero. Ergo si pars innocens in ultima sua voluntate in favorem conjugis deserentis disponit: exinde adparet, conjugem innocentem benevolam voluntatem erga deserentem fovere, & porro, omnem rancorem atque vindictæ cupiditatem penitus cessare. Hac autem cessante effectus aliquis, qui in privatione successione alias consistit, exinde profluere non potest, v. Berlich. *P. 3. concl. 36. num. 28.* Carpzov. *P. 3. C. 26. D. 14.*

§. XXXVII.

Remissio injuriæ exinde etiam colligitur, quando conjux deserens deinde revertitur, conjux innocens quoque eundem iterum recipit & cum illo per tempus aliquod amice cohabitavit. Berlichius *d. concl. 36. n. 27.* requirit, ut *per integrum annum* quiete vixerint & cohabitaverint, cum per tantum tempus dissimulando omnis injuria tollatur; verum non adsunt leges, quæ tantum

temporis spatium requirant & proinde Berlichio subscribere non possumus, sed rem arbitrio iudicis determinandam esse censemus. Sane, quamvis conjux innocens nocenti per aliquot saltem menses, vel hebdomades, amice tamen cohabitasset; nihilominus remissio rancoris exinde satis liquide colligi poterit.

§. XXXIIX.

In §. XXX. diximus, maritum quoque illo casu successione privari, quando mulierem ægrotantem derelinquit, neque ipsi de Medico & medicamentis prospicit. Cessare hoc casu pœnam privationis nonnulli volunt, si maritus probare possit, uxorem adhibita licet omni industria nihilominus morituram fuisse, quam sententiam fovent Berlich. *d. p. 3. concl. 36. n. 41.* Kohl *de success. conjug. part. prior. num. 25.* & alii ab his magno numero adlegati. Sed placet nobis sententia B. Strykii *in tract. de success. ab intest. Diff. 12. c. 4. §. 12.* ab illorum DD. opinione recedens. Præterquam, inquit, quod hæc probatio fere impossibilis sit, arctissima illa necessitudo, qua conjux coniugi adligatur, hanc sententiam non admissura videtur. Et ita sane est. Conjux conjugi adistere tenetur, quamdiu aliqua spes vitæ superest. Speramus autem, quamdiu spiramus. Interim Berlichio *d. l. n. 38. seqq.* hoc facile largimur, pœnam privationis cessare debere, si maritus copiam medicorum habere non potuit, sive in illo loco, ubi maritus habitat, nullus medicus inveniatur, sive locus, ubi medicorum potest haberi copia, sit remotus: item, si, prout loquitur, maritus non abundat in facultatibus, ita, quod impensa erat illi difficilis: item, si maritus ab aliis, puta a cognatis uxoris fuit præventus, qui medicum adhibuerunt, &c.

§. XXXIX.

§. XXXIX.

Subjungit hic Berlichius *num. 48.* quæstionem, quid statuendum sit, *si filis inter heredes uxoris & maritum oritur, & heredes medicum non adhibitum fuisse dicant, maritus autem contrarium adfirmet, quæritur scilicet, cuiam onus probandi sit imponendum?* Respondet, heredes uxoris probare debere, quod maritus Medicum non adhibuerit. Et recte quidem meo iudicio. Est enim regula vulgata, quemlibet tamdiu bonum præsumi, donec probetur contrarium. Hæc præsumtio sine dubio etiam marito prodesse debet, eaque hac ratione pro marito militans onus probandi in adversarios ejus, qui sunt heredes uxoris, devolvit. Si accusare sufficeret, quis foret innocens?

§. XL.

Casus de *denegatione alimentorum* ad nos quidem directo non spectat, quia *Dissertatio de conjuge alterum deferente* agit; interim tamen propter adfinitatem materiæ binis verbis eundem tangemus. In eo conveniunt, si non omnes, plerique tamen, maritum lucro successionis privari, si alimenta uxori malitiosè denegat, Kohl *de success. conjug. part. prior. num. 28.* ibique Baldus, Castrensis, Alexander & plures alii citati. Restrungunt tamen hanc adfertionem ad eum casum, quando uxor propter alimenta non præstita morbum contraxit & obiit, unde inferunt porro, quod si marito alimenta denegante alius uxorem aluerit, nec ipsa propter alimenta denegata, sed aliter morbo contracto deinceps decesserit, maritus nihilominus uxori succedat, nec ei auferatur hereditas, cum non obierit ipsa propter negligentiam, vel culpam viri, Phanuc. *de lucro dotis gloss. 14. n. 9.* Kohl *loc. cit. n. 30. & 31.*

Verum de hac restrictione merito dubitamus cum B. Strykio *de success. ab intest.* Diff. 12. c. 4. §. 15. an satis tuto, inquit ille, huic conclusioni infiltere liceat, vehementer dubito, cum tenerrimus ille inter conjuges amor eos ad exhibitionem alimentorum constringat, l. 73. §. 1. ff. de jur. dot. l. 29. C. eod. Sane, quando conjux conjugem malitiose deserit, tunc innocens propterea non statim moritur, & nihilominus tamen nocens commodo successio- nis privatur. Ergo ad hoc non præcise respiciendum, utrum mors secuta fuerit, sed ad hoc saltem, annon aliter fidem conjugalem malitiose violaverit, quod maritus alimenta uxori denegans sine dubio fecit. Quod vero ad alteram limitationem attinet, quam Kohl *d. l. num. 29.* proponit: cum ipso facilius sentio. Scilicet non privatur maritus successione, qui quidem ab initio ali- menta denegavit, postea tamen facti eum pœnituit, nec denegare perseveravit, sed alimenta deinceps uxori præstitit. Sed quid, si coacte alimenta præstare tenetur? hoc etiam casu maritum ad successione[m] admittunt non- nulli, v. Kohl *loc. cit.* sed nos dissentimus, quoniam pœ- nitentia non adest, & is, qui nonnisi coacte alimenta præ- stat, fidem conjugalem admodum violat.

§. XLVI.

Maritum commodo successio[n]is non privari di- cunt, si *jure permittente* alimenta uxori denegavit, Kohl *d. l. n. 32.* Casum huc pertinentem adducit Berlich. *d. P. 3. concl. 36. n. 47.* si dos promissa marito non fuerit soluta, & loco probationis citat Alexandrum *Vol. 7. conf. 123. incip. Viso processu causæ. num. 6.* Sed de hoc casu iterum dubito, quia dos non pertinet ad essentiam matrimonii & mari- tus propter dotem non solutam uxorem domo expelle- re &

re & sic quoque alimenta denegare non potest, v. *Nov.* 22. c. 18. §. *si quis sub potestate*. Wefenbec. *ad tit. ff. de jur. dot.* n. 6. Hoc exemplum forte melius quadrabit, si maritus de facto uxorem expellit, deinde vero in paupertate constitutus alimenta ab uxore petit, & hæc alimenta marito denegat, Forster. *de success.* l. 9. c. 3. num. 22. Stryk. *de success. ab intest.* diff. 12. c. 4. §. 17. Hic enim maritus fidem conjugalem jam antea violaverat, ergo ille pars nocens erat, uxor vero innocens.

§. XLII.

Sed anne maritus propterea statim successione privandus, quia uxorem domo expellit, aut verberibus male tractat? Adfirmant DD. sed tamen cum hac restrictione, modo uxor percussa, aut expulsa moriatur, Carpzov. *P. 3. C. 26. D. 6. n. 3. §. 4.* & ante eum Berlich. *p. 3. concl. 36. n. 32.* Nos solam expulsionem & verbera sufficere existimamus & jam antea §. XL. ostendimus, eo saltem respiciendum esse, annon fides conjugalis violata fuerit, non vero requiri, ut mors sequatur. Talis expulsio autem sine dubio adhuc gravior est, quam nuda desertio. Idem est, si maritus insidias vite uxori struxit, & versa vice, B. Stryk *de success. ab intest.* diff. 12. c. 4. §. 19. neque hic requirit Carpzov. *d. P. 3. C. 26. D. 7. n. 4.* ut mors sequatur, & propterea sibi iterum aperte contradicit. Plane, inquit, si necem uxoris maritus saltem molitus fuerit, lucrum statutarium perdit, *etiamsi propositum suum ad effectum non perduxerit.*

§. XLIII.

Ceterum, quæ de privatione successione intuitu conjugis deserentis hætenus adduximus, ea procedunt, sive successio ex lege civili, sive ex statuto, sive etiam ex pactis

paetis conjugum deferatur. Eadem enim ratio ubique adest. Imo adhuc major adest eo casu, si ex paetis successio deferatur. Conjux innocens enim, ubi lex non prospiciebat, mediante pacto conjugum alteri prospicere voluit, idque ex singulari & impenso adfectu. Hujus vero beneficii indignum se reddit conjux nocens, qui malitiosum & ingratum animum ostendit.

§. XLIV.

De *desponsatis* adhuc disquiramus: utrum ea, quae de conjugum deferente tradidimus, ad illos quoque applicari queant? Antequam respondeamus, illa quaestio prius tangenda est, an desponsati jus succedendi habeant? haec enim praedjudicialis est. Distincte hic procedendum. Si successio deferatur ex jure Romano, qualis est bonorum possessio unde vir & uxor, tunc desponsati etiam jure succedendi gaudent, quia jus Romanum praeter consensum nihil ad conjugium requirit: quod si autem successio jure statuario defertur, solus consensus non sufficit, sed benedictio sacerdotalis praeterea requiritur, imo in Saxonia consensio thalami, daß das Ehe-Bette beschritten sey/ & ergo si quid ex hisce deficit, successioni locus non est, quocumque enim jure quis succedere vult, etiam ejus juris requisita adhibere tenetur, ut actus validus efficiatur, v. Stryk *de success. ab intest.* *Diss.* 4. c. 1. §. 8. Struv. *S. I. C. Ex.* 38. th. 38. Gail. 2. *obs.* 80. add. Stryk *in not. ad Lauterb. tit. unde vir & uxor. verb. legitimum.* Applicatio jam facile fieri potest. Quotiescunque superstiti ex duobus desponsatis successio debebatur vel ex jure Romano, vel statuario: toties etiam privatio successio- nis locum habebit, si superstes tale quid commisit, quod desertionem fidei conjugalis involvit.

§. XLV.

Illustrationis gratia adponam sequentem casum, super quo Dn. Præses Mense Decembri A. MDCCXII. consultus sequentem in modum respondit:

Hat der gewesene Proviant-Meister zu Magdeburg vor seinem Absterben ein Testament aufgerichtet und darinnen unter andern §. 4. declariret daß weil seine Ehefrau / S. D. S. vierzehn Wochen nach vollzogener Ehe sich wiederum von ihm weg und nacher Berlin begeben / Sie dadurch ihrer Statutarischen portion denen Rechten nach sich verlustig gemacht und zugleich ihn / den Testatorem, bewogen hätte / Sie in solcher seiner Testamentlichen disposition gang und gar zu übergehen und ihrem Verdienste nach von seinem Nachlaß sie zu excludiren. Hat die Verwitwete D. so bald sie von dem Inhalt des Testaments Nachricht erlanget / sich deshalb bey J. Königl. Majest. unserm allergnädigsten Herren allerunterthänigst beschweret / worauf Ihre Königl. Maj. Dero = = = allergnädigst committiret / diese Sache genau zu untersuchen und einen pflichtmäßigen Bericht und Gutachten davon abzustatten / wornächst die commission eröffnet und von denen Partheyen ihre Säge und Deductiones übergeben worden / und entspringet nunmehr die Frage:

Ob des Proviant-Commissarii D. Wittive aus ihres verstorbenen Ehemanns Verlassenschaft ihre portionem statutariam zu fordern berechtiget / oder ob Sie nicht vielmehr derselben sich verlustig gemacht habe?

Ob nun wol wieder die Witbe angeführet wird / daß Sie ganger neun Jahre von ihrem Manne halsstarrig

weggeblieben und ihn also verlassen / auch bey seiner
Kranckheit ihm nicht behülfflich gewesen / in welchem Fall
der schuldige und verbrechende Theil / wenn gleich von dem
unschuldigen Ehegatten bey seinen Lebzeiten wieder ihn
vor Gerichte nicht geklaget / noch processus desertionis
erhoben worden / dasjenige / so ihm aus der Ehestiftung /
statuto, Gewohnheit oder Recht von des verstorbenen
Güthern gebühret / zu prätendiren nicht berechtiget / wie
solches erwiesen werden will ex

Nov. 22. c. 15. §. 2.

Nov. 117. c. 8. §. 5.

Andr. Rauchbar. p. 2. qu. 20. num. 18.

Matth. Berlich. p. 3. concl. 36. n. 19.

Carpvov. p. 3. C. 26. Def. 1. feqq.

und ob wol der Proviant-Commissarius D. seiner Ehe-
frauen vor seinem Absterben verziehen und sich mit ihr
versöhnet / dennoch solches dem Ansehen nach der iewigen
Witben nicht zu statten kommen mag / weil solche Aus-
söhnung bloß quoad internum animi rancorem anzu-
nehmen / nicht aber / daß daher die Witbe zu ihrer portio-
ne statutaria gelangen könnte / zu mahlen da D. nach der
Zeit seinen vorhero bereits aufgerichteten letzten Willen
und darinnen enthaltene exclusionem uxoris a portio-
ne statutaria nicht geändert / sondern es lediglich dabey
gelassen ;

Dennoch aber und dieweil (1) quoad factum klar
ist / daß der verstorbene Proviant-Commissarius D. sich
vor einigen Jahren mit der iewigen klagenden Witben
in den Ehestand begeben und die Ehe mit ihr vollzogen
habe / die hiesige Landes-Gesetze aber (2) so wol / als die
die

die Magdeburgische Stadt-Rechte disponiren/ daß in dem Fall/ wann ein Ehemann verstorbet/ die hinterlassene Witbe eine gewisse portionem statutariam haben/ der Mann auch nicht befugt seyn soll/ durch ein Testament/ fideicommiss, donation, oder in andere Wege solche portionem statutariam dem andern Ehegatten ohne seine Bewilligung zu benehmen/

Magdeb. Pol. Ordn. c. 44. §. 39.

(3) Die D. Witbe bereits durch verschiedene mehrertheils vermittelst Eydes den 13ten Octobr. 1712. zu Magdeburg ad Articulos abgehörte Zeugen bescheiniget hat/ daß nicht sie/ sondern vielmehr der verstorbene Commiffarius D. an der geschehenen separation und Reise nach Berlin Ursach gewesen/ alldiemweil juxta depositionem

Test. 3. ad artic. 10.

D. meistes Verlangen darinnen bestanden/ daß seine Ehefrau wieder weg solte/ weshalb Er ihr 4. Wochen vor der Abreise des Abends kein Essen mehr machen lassen/ sondern Sie sich vor ihr eigen Geld beköstigen müssen/

Test. 3. ad artic. 11.

Wie Er denn ferner den Wagen/ darauf die jetzige Witbe weggefahren/ selbst bedungen/ und ins Haus holen lassen/ auch die Kasten/ worinnen die Sachen gepacket worden/ selbst zunageln und hernach aufpacken helfen/

Test. 3. & 4. ad Art. 32. 33. 34. 36.

Woben D. sehr frölich gewesen/ seine Ehefrau hingegen viele Thränen vergossen/

Test. 3. ad art. 39.

Test. 3. & 4. ad artic. 45.

als welche auch nach der Abreise einige mahl an den Pa-

storem S. beweglich geschrieben / mit Bitte/ ihren Ehemann dahin zu vermögen / daß Er sie wieder zu sich kommen liesse/

Test. i. ad artic. 20.

Bei diesen und noch andern in Actis vorkommen Umständen aber absque illatione injuriæ nicht gesagt werden kan/ daß die D. ihren Ehemann halsstarriger und böstlicher Weise verlassen habe/ sondern Sie pro parte innocente zu achten/hiernächst (4) posito, sed non concessio, daß die Schuld der geschehenen Trennung auf die jetzige Witbe redundirte/ dennoch wohl observiret werden müsse/ daß der Commissarius D. deshalb niemahlen gerichtliche Klage angestellet/ und also viel weniger eine sententiam matrimonium dissolventem vor sich erhalten/ (v. supra Disputationem §. XXX. & XXXI.) vielmehr im Gegentheil in facto klahr ist/ auch ab adversa parte nicht geleugnet wird/daß der Commissarius D.annoch vor seinem Tode sich mit seiner Ehefrauen ausgesöhnet habe/ in welchem Fall aller Rechts-Lehrer einhellige Meynung dahin gehet/ quod persona deserens portione statutaria privari non possit,

Berlich. p. 3. concl. 36. num. 26. & 27.

Carpov. p. 3. C. 26. Def. 14.

Möller ad Const. Elect. Saxon. p. 3. C. 26. n. 5.

unde post ejusmodi condonationem factam heredes non sunt audiendi, conjugem superstitem a successione excludere volentes, tendit enim hoc ad vindictam, quales actiones ad heredes non transeunt, si defunctus adversus injuriantem experiri noluit,

Carpov. d. Const. 26. Def. 13. n. 2. 3.

Nico-

Nicolai de repud. & divort. p. 2. c. 2. n. 69.

Mev. p. 7. Dec. 164.

welches noch ferner beſſärcket

Schilter inſtit. jur. can. l. 2. tit. 12. §. 8.

ubi inquit: itaque defertor, contra quem deferta (& vice verſa) non inſtituit proceſſum deſertionis, ſuccedit deſertæ, nec poteſt ejus heres, vel proximus cognatus proceſſum deſertionis ad hunc finem intendere, prout reſponderunt Conſiſtoriales Lipſienſes: ferner (5) der in rationibus decidendi angeführte Rauchbar bey dieſem caſu nicht wohl appliciret werden mag/ weil Er von dem Fall redet/ quando conjux conjugem peſte laborantem deſerit, quod is propterea ſucceſſione ſit privandus, wie wohl Er auch

d. p. 2. qu. 20. num. 1.

ſelbſt anführet / daß die Jcti Wittebergensſes & Lipſienſes in contrarium, conjugem deſerentem propterea ſucceſſione privari non poſſe, geſprochen haben/ ingleichem (6) beyde Novellæ, als

Nov. 22. c. 15. §. 2. &

Nov. 117. c. 8. §. 5.


de divortio privata autoritate facto, quod apud Romanos permiſſum erat, und zwar in ſpecie von dem Falle reden/ ubi maritus vivus libellum repudii uxori actu jam miſerat, welches ſich abermahlen anhero gar nicht appliciren läſſet/ (7) die gemachte Erklärung/ daß die zwiſchen dem Proviant-Commiſſario D. und deſſen Ehefrauen wirklich geſchehene reconciliatio nur quoad internum animi rancorem ejusque remiſſionem anzunehmen/ ſelbige aber effectum conſequendæ portionis ſta-

tutariæ nicht nach sich ziehen könne / auf keinem Rechts-
Grunde / oder Beyfall bewährter Rechts- Lehrer beru-
het / sondern notwendig eines aus dem andern folget / daß
so bald der internus animi rancor cesiret / sofort auch die
aus demselben herfließende effectus cesiren müssen / quia
exclusio a portione statutaria est species vindictæ, vin-
dicta autem concipi nequit, ubi internus animi rancor
cessat; So erscheinet daraus allenthalben so viel / daß die
D. Witbe die portionem statutariam aus ihres Eheman-
nes Güthern zu fordern wohl befugt / Sie sich auch der-
selben nicht verlustig gemachet habe / V. R. W.

§. XLVI. Cum in hac Disputatione aliquoties par-
tis nocentis & innocentis mentio injecta fuerit: coronidis
loco adhuc subjicere lubet, quinam pro nocente haberi
debeat. Exprimemus autem rem verbis B. Strykii in
tract. de success. ab intest. Diss. 12. c. 4. §. 22. Id saltem, inquit,
dubii residet, quænam pars nocens dicenda sit? Quod,
addit, sicuti in plerisque fere perspicuum, ita in casu, ubi
ab invicem discesserunt, illa pars nocens dicenda est,
quæ causam separationi dedit, Forster *de success. l. 9. c. 3.
num. 29.* Brunnem. *Cent. 1. Dec. 23. n. 4.* Kohl *de success. con-
jug. p. 2. n. 98.* non vero illa, quæ ob continuas conjugis
rixas ac sævitiam ferme intolerabilem diverit, Brunnem.
d. Dec. 23. cum non is, qui per iram aliquid facit, sed qui ad
iram provocat, principium injuriæ dicatur. Subfisto hic
& Deoter O. M. pro concessis viribus gratiaque sua im-
mortales persolvo gratias, studiaque mea divinæ
ipsius clementiæ & in futurum
commendo.

T A N T U M

- 46.) Christoph. Phil. Streit de transitu innocio
et notio
- 47.) Christian Wildvogel de testamento legati.
- 48.) Emp. Theoph. Majerius de reputatione in
integrum
- 49.) Adrian Beyer de expensis executionum ter-
minatium seu Gructis Jura
- 50.) De jure facinorosos sequela prefectoria
prosequendi. Albst 1714.



01 A 6582


ULB Halle 3
002 934 221




f

1017







DISSERTATIO JURIDICA

DE

SUCCESSIONE
CONJUGIS DE-
SERENTIS,

QVAM

DEO T. O. M. ADNUENTE,

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,

SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,

DN. FRIDERICO WILHELMO,

PRINCIPE BORUSSÆ, MARCHIONE BRAN-
DENBURGICO, RELIQUA,

IN ILLUSTRIS ACADEMIA FRIDERICIANA,

PRAESIDE

**DN. JACOBO FRIDERICO
LUDOVICI,**

J. U. D. ET PROFESS. PUBL. ORDINAR.

Ad d. April. MDCCXIII.

H. L. Q. C.

PLACIDO ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

DIETHERICUS FRIDERIC. LUDOLPHUS

WEINHAGEN,

SUSATENSIS GUESTPHALUS.

HALAE MAGDEB. Litteris STEPHANI ORBANI, Acad. Typograph.